



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Electio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

redeundo, si ad Ecclesiam se recipiat, inuitus ab ea auelli non potest. *Couar. l. c. nu. 12.*

Super immunitate Ecclesiarum extat constitutio Greg. XIV.

*Ecclesiasticus, vide Clericus, Ecclesia.*

1 **E**cclesiasticæ personæ dicuntur, quicunque sunt Fori Ecclesiastici, etiamsi sint Clerici.

\*Vide *Syl. Ecclesia* 1. nu. 6.

2 Ecclesiasticus potest præsidere ciuibus ciuilitex.

*Electio, vide Beneficium, Religio.*

1 **E**ligere non potest nec excommunicatus, nec suspensus ab officio, nec irregularis, nec impubes.

\*Vide *Syl. electio* 1. nu. 5.

2 Eligi non potest excommunicatus, aut suspensus, aut interdictus, aut ineptus.

\**Syl. l. c. num. 15.*

3 Non potest eligi in Prælatum Religionis, qui non sit in ea professus.

\**Syl. l. c. nu. 16.*

4 Non vocati ad electionem cum deberent, possunt eam & irritare, & ratâ habere. Quod si vocati non veniunt intra terminum competentem, non sunt expectandi.

5 Electio, si adsit eligentium consensus etiam si desint Iuris positiui solemnitates, tenet in conscientia: nisi lex expressè dicat ne valeat.

Quod

Quod si dicat ut ipso iure irrita sit, expectanda sententia Iudicis.

\*Vide *Syl. l. c. 2. nu. 13.*

6. Electio non facta secundum Iura non valet.

\**Pel. in c. Consuluit de off. deleg. Fum. electio. ib.*

7. Eligens indignum tenetur Ecclesie læsæ.

\*Vide citatos. *vers. Beneficium 43. Navar. cap. 17. 72.*

8. Peccat qui non eligit, aut non præsentat aptiorem: sed non tenetur restituere si eligit, aut præsentat aptum. Quod si in Prælatum non elegit, cum possit, aptiorem, peccat mortaliter. Confirmatori tamen sufficit, quod electus sit dignus: imò debet à maiore parte electum confirmare, etiam si à minore electus, sit dignior.

\*Vide *Beneficium 42. Caiet. vers. Electio, Conar. reg. peccatum. p. 2. §. 7. nu. 13. 14. Salon 2. 2. q. 63. art. 2. contro. 3. col. 4.*

9. Si tuum suffragium. nō est profuturum eligendo digniori, potes & debes eligere dignū, ne eligatur indignus: non potes autē eligere indignum, ne eligatur indignior: potes verò ex duobus æquè dignis eligere vtrum malis.

\*Etiam si iurasses, electurum te digniorem *P. N. l. c. 2. nu. 159. ex Sor. Si tres sint: dignus, dignior, dignissimus, teneris digniori favore, si dignus (nisi hoc facias) victurus sit l. c. Vide Salon 2. 2. q. 63. art. 2. contro. 4.*

H. 7.

10. Ele-

10 Electio iure communi ad Collegium pertinet: potest autē quilibet de Collegio eligentium, si ipse eligatur ab alijs, numerū deficientē suo suffragio supplere, etiā ad Papatū. Nemo tamen, si solus sit, potest eligere seipsum, etiā si in eo solo manserit Ius Collegij.

11 Elector absens legitimè, potest constituere procuratorē, qui tamē sit de Collegio, sed nō potest per litteras mittere suum suffragiū.

\* *Fum l.c. 13.*

12 Electus non potest dissentire sine peccato, si illi à Superiore præcipitur, aut alioqui sequitur notabile ecclesiæ damnum.

\* *Fum l.c. 37. ex Rich. vide Syl. l.c. n. 22.*

13 Licitum est statutum, ut electio fiat de certo hominum genere. Quod si illi digni non sunt, possunt eligi alij, alioqui iniquum esset statutum.

\* *Vide D. Th. 2. 2. q. 63. art. 4. Sot. l. 4. q. 6. art. 2. Salon l.c. pag. 311. Bannes q. 63. art. 2. dub. 3. col. 2. Addit. 3. In eligendis ad animarum curam, consideratur vitæ probitas, scientia, industria, & prudentia in rebus agendis, Bannes. 2. 2. q. 63. art. 2. col. 1. Scientiæ probitas præfertur, interdum comparatiuè industria, & prudentia anteferri debet. *ibid.**

Ad animarum curam ex approbatis, quem magis, considerata ætate, moribus, scientia, prudentia, idoneum putabit, eliget Episcopus. *Trid. sess. 24. c. 18.*

Dignum

Dignum eligere, omisso, digniori, ex genere p. m. est, *Bannes l. c. ex Trid. l. c. cap. 1. C. 1. l. c. P. N. l. c. 2. nu. 120. D. Tho. 2. 2. q. 185. art. 3. & alij: imperfectione tamen actus, aut leuitate materiae esset interdum veniale.*

*Eleemosyna, vide Charitas, Donatio, Furtum.*

1. **E**leemosyna debetur ex praecepto pauperi existenti in extrema necessitate, ab eo qui potest subuenire sine periculo talis sui aut suorum necessitatis; item ei qui grauem patitur necessitatem, ab eo, qui sine magno suo, & suorum damno potest ei subuenire. Dicitur autem extrema necessitas, cum quis, nisi succurratur, est moriturus.

*\* Coua. l. 3. var. resolu. c. 14. num. 5. c. Patre 86. d. Vall. t. 3. d. 3. q. 9. p. 4. {Item} de superfluis statui suo, & suorum stipem egeanti dandam sub p. m. probat Vall. l. c. col. 10. {Moriturus} vel graue vitae discrimina incursum Nau. 24. n. 5. Io. Med. q. 3. de elem. Vall. l. c. col. 4.*

2. Cum inter doctores non conueniat quando peccet mortaliter, qui non facit eleemosynam, non facile condemnandi diuites qui non faciunt; morendi tamen ut faciant quantas maximè possint, ne illis dicatur in die Iudicij, ob omissas eleemosynas: Ite maledicti in ignem aeternum, & illud S. Ioannis eis inculcandum. Qui viderit fratrem suum necessitate ha-